

ob eam quoque causam cavere studiosius debes, quod qui Deum non timeant, eos ne homines quidem ac propterea nec Maiestatem Tuam reverentur esse verisimile est. Quam quidem nos rogamus, ne, recentissimum proxime sibi ab omnipotenti Deo concessae victoriae beneficium oblita, tales posthac homines nobis commendare velit, sed potius in eius, quem nobis commendat, ob nefandum, ut diximus, haeresis crimen depositi, locum virum pium, catholicum apostolicaque confirmatione dignum quamprimum nominet. Quod idem etiam de aliis duabus ecclesiis, Valentina et Ueticensi, Maiestatem Tuam monemus, quarum quondam episcopis Ioanne Monlutio et Ludovico de Albert, ab eandem causam ab episcopatu depositis, in eorum locum viros catholicos et tanto muneri fungendo idoneos nominari decet. Est enim valde indignum et in tanta haereticae pravitate peste periculosum, tales tres ecclesias, priorum pastorum solatio destitutas, tandiu vacare; quibus nos, pro nostro iure, quos vellemus episcopos praeficere potuissemus, nisi Maiestatem Tuam, cuius est nominatio, officio suo et saluti illarum animarum aliquando consulturam esse speravissemus. Quod ut quamprimum faciat utque in ea re et omnipotenti Deo, cui multa debet, inserviat et nobis, qui eam paterne diligimus, obsequatur vehementer in Domino rogamus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die decima nona novembris MDLXIX, pontificatus nostri anno quarto.

Arm. 44, t. 14, p. 292b-294. Archivio segreto pontificio.

Anche nel 1571 Pio V si lagnò perchè i cattolici stessero in relazione col vescovo depresso di Valence; vedi LADERCHI 1571, n. 127 ss.

67-72. Avvisi sulla polizia dei costumi a Roma nel 1569.¹

Aprile 30: Oggi fu frustata una cortegiana perchè teneva un giuoco. *Urb. 1041, p. 74, Biblioteca Vaticana.*

Giugno 14: Suscita grande rumore e non verrà eseguito il bando, che tutte le maritate le quali furono *cortigiane* abbandonino Roma entro due mesi. *Ibid. 90.*

Agosto 13: «Non si lascia di proveder contra le donne maritate che fanno cattiva vita et ultimamente ne sono state carcerate sette». *Ibid. 131.*

Agosto 17: Morì una *cortegiana*, che s'era maritata, e lasciò 4000 ducati alla Compagnia dei Ss. Apostoli. *Ibid. 133.*

Ottobre 5: «Si levano due strade principali alle meretrici et si restringono in vicoli strettissimi, sopra che mons. Ormanetto col governatore et molti altri deputati sono stati in fatto a consegnarli il luogo chiamato delli otto cantoni». *Ibid. 158b.*

Ottobre 17: Cominciati i *fondamenti all'Hortacii* (a Ripetta presso il Mausoleo di Augusto) *per restringer le cortigiane.* *Ibid. 180.*

Sul progresso della fabbrica dall'ottobre a novembre vedi LANCIANI, IV, 21; cfr. anche l'**Avviso di Roma* del 4 febbraio 1570, *Urb. 1041, p. 231b, Biblioteca Vaticana.*

¹ Cfr. sopra, p. 64, 65.